IOSEPHUS FLAVIUS

Admont (?), um 1138/1165 Seite 85r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uterent. Is quoque rem prior aggressus est. Iuir
tutem illius necis impleuit. atque usum facile
gaio iam moriente concessit. Quapropter iustum
est ut etiam quecumque ceteri gesserint. che
ree cogitationi et labori manuum ac
uirtutibus applicentur. Gaius itaque hoc
modo multis uulneribus iacebat extinctus.
Chereas autem Iceteri primentes gaium. per eadem
itinera reuertentes euadere se in pos
sibile iudicabant. propter hec utique que fue
rant gesta. Non enim paruum erat periculum
permisse principem. stulticia populi sepius
honoratum. tum et a militibus non sine sangui
ne de morte eius facienda esset seditio.
Ita cum essent angustie uie in quibus hoc opus
effectum est. Imaxima turba eas repleret
militum qui illo die pro custodia principis ad
erant. per uias alias discedentes ad do
mum uenere germanici patris gai. quem
tunc etiam peremerunt. Erat enim hec domus coniunc
ta regalibus eo quod hii qui in eminentia con
stituti sunt. diebus sue potentie in talibus ha
bitare noscuntur. et declinantes multitu
dinis inuasionem esse iam debebant in requie.
Cum itaque lateret adhuc pestis illata gaio.
Ingentis sue celtice habentes tacma.
Quoque patrie mos est inportabili uti fu
rore. sicut hyspanis aut ceteris barbaris.
eo quod omnis huiusmodi homines ratione mino
res sunt corporis robusti. et impetu pri
mo quibuscumque congressi hostibus prualentes.
Cum non haberent uirtutibus discretionem pro
utilitate cunctorum sed tantum sibi prospicerent
quibus gaius carissimus ob hoc erat. quod pecuni
arum muneribus eos sibi placauerit. euagi
natis ergo gladiis ingressi sunt domum perscru
tantes cesaris peremptores. quoque tribunus
sabinus erat qui non tantum uirtute et fortitu
dine maioque quantum suo robore cum
monomarchus esset. hanc optinuerat

dignitatem. His itaque requirentibus asprenas
primus occurrens exsoluit penas. cuius
uestem sanguis sacrificiorum sicut predixim
cruentauerat. et non ei bonum fecisse
uidebatur augurium. Post hunc occur
rit eis barbarus nobarnus fortissimus
ciuium. et de cuius maioribus imperato
res multi processerant. cuius etiam ciues
eminentiam non ignorabant. Is cum esset
ualitudine robustus. primo sibimet
occurrentium abripiens gladium. per
mixtus aliis contendebat ne sine aliorum
interitu moreretur. Qui multorum ag
mine constipatus. frequentium uulnerum
inlatione defunctus E S T.
Tercius autem anteius ex ordine senato
rio. germanus sicuti priores occurrit.
Is ut uideret gaium iacentem et leta
retur aduenerat. quia patrem illius eiusdem
nominis effugauerat. eumque nec sic
saciatus militibus destinatis occiderat.
Aderat ergo anteius ut gai uideret fu
nus. turbaque subita domum dum se uo
luisset occulere. furentes germanos
et tunc subtiliter inquirentes quod gaium oc
ciderant. etiam in noxios una primen
tes latere non potuit. Et illi quidem ita
mortui sunt. Dum igitur in theatro de gai
morte uenisset sermo. ammiratio
et incredulitas facta est. Alii namque
ualde delectabantur in eius morte. et
licet dudum scirent sibimet utile
fore. hoc non sinebant credere pro timore.
Quibus dum uero hoc in desperatione erat.
cum neque uellent circa gaium aliquid
huiusmodi prouenire. nec uere hoc crede
rent quasi non posset aliquis hominum
opus huius uirtutis implere. Erant enim
quibus non erat grata mors gai mulieres
et infantes. et quidam militum. alii propter

primum a germanis est agnita. Erant ar
migeri equiuocum